



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Achab impiissimus homicida & raptor. li.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

vim & donum, si obtēperent, ut secum pacem habeant.  
Tantum apud illum est Misericordia pelagus.

## DAVID ADULTER ET HOMICIDA.

**D**AVID ad Bethsabee uxore Vria Ethas ingres-  
sus, & à Nathan prophetante correptus, respon-  
dit: DECCA VI. Statimq; meruit audire: & Dominus  
abs te abstulit peccatum. Adulterio enim iunxerat ho-  
miciidum: & tamen conuersus ad lachrymas, Misere-  
re, ait, mei Deus, secundum magnam misericordiam  
tuam. Et secundum multitudinem miserationum tua-  
rum, dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatum  
magna indigebit misericordia. Unde iungit & dicit:  
Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo  
munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco,  
& delictum meum contra me est semper. Tibi soli pec-  
caui, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermoni-  
bus tuis, & vincas cum iudicaris. Concluserit enim Deus  
omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Tantumque  
profecit, ut dudum peccator & pœnitens transierit in  
magistrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas: & im-  
pij ad te conuertentur.

CAP. L.

Hic. on. ad

Rusticum.

1. Reg. 11. 12.

Psalm. 50.

Rom. 11.

## ACHAB IMPIISSIMVS.

**A**CHAB Rex impiissimus, vineã Nabutha cruo-  
re possedit: & cum Iezabel non tam coniugio sibi,  
quã crudelitate coniuncta, Elia increpatione corripit-  
tur: Hæc dicit Dominus: Occidisti, & possedisti. Et  
iterum: In loco in quo lixerunt canes sanguinem Na-  
butha, ibi lingent sanguinem tuum: & Iezabel canes  
comedent ante muros Iezrael. Quod cum audisset  
Achab, scidit vestimenta sua, & posuit saccum super  
carnem suam: ieiunauitque, & dormiuit in cilicio. Fa-  
Et usque

CAP. LI.

Hieron. ad

Rusticum.

3. Reg. 18.

Et usque est sermo Domini ad Eliam, dicens: Quoniam reueritus est Achab faciem meam: non inducam malum in diebus eius. Vnum scelus Achab & Iezabel: tamen conuersus ad penitentiam Achab, pena differtur in posteros: & Iezabel in scelere perseverans, presenti iudicio condemnatur.

## MANASSES OMNIUM PECCATORUM MAL.

CAPVT  
LII.

4. Reg. 21.

2. Paral. 33.

Adam. Saf.  
hout. Hem.  
in Dom. 2.  
Quadrag.

**M**ANASSES Rex abominaciones fecit pessimas, super omnia qua fecerunt Amorrhæi ante eum. Insuper & sanguinem innoxium fudit multum nimis, donec impleret Hierusalem usque ad os: absque peccatis suis, quibus peccare fecit Iudam ut facerent malum coram Domino. Atque hic tantus peccator, postquam catenis & compedibus vinculus abductus esset in Babylonem, orauit Deum suum, & egit penitentiam valde coram Deo patrum suorum: deprecatusque est eum, & obsecrauit intente: ea profecto fiducia, ut gratiam Deo planè sibi vendicaret, sic orans: Indignum saluabis me, secundum magnam misericordiã tuam. Quid est gratiam Dei sibi vendicare, si non hoc est? Et unde huic fiducia hac? Certè ex promissionis diuina consideratione: id enim indicat Orationis ipsius contextus. Tu, inquit, Domine secundum bonitatem tuam promissisti penitentibus remissionem peccatorum. Hac promissione inuitatus flecto genua cordis mei: facio quod requirit promissio: quare saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, id est, secundum Bonitatem qua misericorditer promissisti penitentibus remissionem peccatorum. Exaudiuit autem orationem eius Dominus: & reduxit eum in Hierusalem. Hunc peccator, quisquis es, penitendo imitare: attende diligenter Promissiones diuinas: in his serio mentè exerce, ut concipias fiduciam.

VIRI

POSS di  
nas à  
VITIS in  
agentibus  
in penitenti  
cretum re  
ommutabil  
ipsum pãd  
mus: qui v  
dissipasset,  
Dominus,  
meta, domi  
aduersus r  
illud. Si p  
locutus su  
super malo  
de gente &  
De hac N  
tio dicit: V  
tione ista,  
egerunt in

PETRVS

TER  
Mag  
fui filius  
fremò, r  
urare, q  
minus resp  
re. Mirè h  
tanta cons